An. et vol. CXII 4 Septembris 2020 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Mariae de Monte Carmelo caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — « Iesus Hostia via est quae ad sanctitatem ducit, hanc viam semper teneamus » (Maria Carmelitis Helena Rendiles Martínez).

Venerabilis Serva Dei Maria de Monte Carmelo (saeculari nomine appellata Maria Carmelitis Helena Rendiles Martínez) tota vita amorem singularem in Iesum in Eucharistia praesentem servavit ac per propriam vitam haec Apostoli verba est testata, Domino se praebens sicut "hostiam" Ei gratam.

Nata est Caracensi in urbe die XI mensis Augusti anno MCMIII, tertia filia Ramiri Rendiles et Annae Antoniae Martínez. Dives erat pater mensarius, qui munus obtinuit Secretarii Mensae nummariae Venetiolae. Copiosae condicioni huius familiae alta pietas coniungebatur, quam alebant rosario cotidie dicto et sancta Missa frequentata. Serva Dei quadam cum corporis pravitate nata est: deerat ei sinistrum brachium. Hoc vitium non ei praeclusit serenam laetamque infantiam, hilari vivacique indole fruenti. Altam devotionem Sacro Cordi Iesu mature manifestavit, quae eam per totam vitam est comitata. Anno MCMXXI, minimo natu ob typhum mortuo fratre, in ea desiderium exstitit se Domino totam dicandi. Cum nullum repperisset religiosum Institutum sibi probandum, statuit in familia manentem se Domino

consecrare. Anno MCMXXVI, Archiepiscopi Caracensis rogatu, Servae Iesu et a Sanctissimo Sacramento ex Francogallia venerunt et in eius urbe domum condiderunt. Postquam eas suam per amicam cognoverat, in eam Congregationem ingredi statuit, quod die XXV mensis Februarii anno MCMXXVII evenit. Tres ferventis vitae religiosae post annos, ad principem domum missa est, Tolosam, ut institutionem compleret. Patria repetita, anno MCMXXXV, Novitiarum magistra est renuntiata, Venetiolanas postulantes educatura. Annis illis feminarum Instituta duo sororum genera habebant, quorum alterae in choro orabant, alterae choro vacabant. Priores directionis muneribus quoque fruebantur. Cum Francogallia sororibus 'choristis' abundabat, in Venetiola contraria erat condicio. Secundo bello mundano flagrante, cum nulla daretur copia communicandi inter Venetiolam et Europam, factum est ut inter se coetus Servarum Iesu Europaeus et Americanus medianus usque maius differrent. Anno MCMLVII Antistita generalis, quae in Francogallia morabatur, a sororibus Europaeis suffulta, statuit Congregationem in Istitutum saeculare convertere. Desiderium vitam religiosam regularem servandi, quam sustinuerunt Venetiolani Episcopi et congrua sacra Congregatio, re serio animo et diu perpensa, effecit ut Venerabilis Serva Dei Congregationem conderet ab illa Francogalliae seiunctam. Sic die XXV mensis Martii anno MCMLXV Maria a Monte Carmelo Rendiles antistita generalis novi instituti, Ancillarum Iesu, electa est. Operam potissimum dedit sororibus spiritaliter instituendis; cum omnibus spiritalibus filiabus necessitudinem coluit, persuasum habens "officium non esse honorem sed famulatum". Attentio ac propinquitas lenitudini in infirmas sorores coniungebatur. Efferebat potissimum personalem orationem aeque ac communitariam, commemorans "orationem religiosis esse necessariam sicut respirationem pulmonibus". Anno MCMLXXIV, cum ad principem domum ex itinere ad quasdam Venetiolanas communitates rediret, in gravem casum incidit. Eius valetudo languit et tres per annos acerbissimis doloribus est vexata. Cum iam imminueretur propter deficiens natu brachium, uterque pes fractus impediit quominus ambularet, licet pluries secaretur. In illa quoque occasione firmam fidem manifestavit, sororibus memorans crucem Domini esse donum, cui gratiae essent agendae. Spiritalibus circumsaepta filiabus, die IX mensis Maii anno MCMLXXVII, cunctis maerentibus, obiit.

Sanctitatis fama effecit ut Archiepiscopus Caracensis, Eminentissimus Dominus Iosephus S.R.E. Cardinalis Alí Lebrú, Inquisitionem dioecesanam incoharet die IX mensis Martii anno MCMXCV. Eiusdem iuridica validitate agnita per Decretum Congregationis de Causis Sanctorum die XVIII mensis Octobris anno MCMXCVII et Positione comparata, Consultores Theologi, in peculiari Congressu die XXVII mensis Novembris anno MMX congregati, de virtutibus heroum in modum exercitis, favens suffragium tulerunt, et Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione ordinaria die XVIII mensis Iunii anno MMXIII coadunati, idem edixerunt. Beatificationis causa sanatio exhibita est mira putata, quam Medici Consultores Congregationis de Causis Sanctorum, die XXIV mensis Iunii anno MMXVII coadunati, ad scientiam inexplicabilem iudicarunt. Consultores Theologi, in Congressu peculiari die XXVII mensis Iunii anno MMXVII intercessioni Venerabilis Servae Dei eam tribuerunt. Idem Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione ordinaria die XXVII subsequentis mensis Novembris censuerunt. Nos Ipsi die XVIII mensis Decembris anno MMXVII facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum super miro Decretum evulgaret ac statuimus insuper ut beatificationis ritus in urbe Caracensi, in Venetiola, die XVI mensis Iunii anno MMXVIII celebraretur.

Hodie igitur ex mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Becciu, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, urbe Caracensi Apostolicas Litteras legit quibus Nos in Beatorum catalogum rettulimus Venerabilem Servam Dei Mariam de Monte Carmelo Rendiles Martínez:

Nos, vota Fratris Nostri Georgii Liberati S.R.E. Cardinalis Urosa Savino, Archiepiscopi Metropolitae Caracensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Serva Dei Maria a Monte Carmelo (in saeculo: Carmela Helena Rendiles Martínez), virgo, Fundatrix Sororum Ancillarum a Iesu, quae divinae voluntati plane fisa, exemplari fidelitate et caritate religiosam consecrationem vixit sodalibus suis et sacerdotibus inserviens, Beatae nomine in posterum appelletur, atque die nona mensis Maii, qua in caelum orta est, quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Decet prorsus insignem hanc caelitem magnificare, quae eximias dedit religiosae pietatis operositatisque testificationes, quaequae totam suam vitam Deo omnino addixit.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Iunii, anno MMXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 514.478

II

Venerabili Servo Dei Mariano Mullerat i Soldevila, patri familias et martyri, Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Pater, in manus tuas commendo spiritum meum» (*Lc* 23, 46).

Eadem Iesu in cruce ante mortem novissima verba protulit in ipso martyrio Venerabilis Servus Dei Marianus Mullerat i Soldevila, quae per omnem vitam eum duxerunt. Nam sinceram communionem cum Domino aluit primum in familia tum in medicae artis exercitio, tum sicut populi legatus officio fungens urbis praefecti. Pro Domino animam suam ponere non timuit, usque ad mortem testificans fidem.

Ipse natus est die XXIV mensis Martii anno MDCCCXCVII in oppido *Santa Coloma de Queralt* (Tarraconis). In urbe *Reus* (Tarraconis) apud institutum Fratrum Scholarum Christianarum primum litteras didicit et Barcinone deinde lauream in medicina est adeptus. Die XIV mensis Ianuarii anno MCMXXII Mariam Perdolentem Sans Bové uxorem duxit, quae ei quinque filios peperit. Primogenita filia mortua est non multo post nativitatem, ceterique filii accurate ad pietatem sunt instituti. Munus medici exercendum non offecit magnanimo muneri christiano. Nam societatis Exercitiorum Spiritualium Parochialium fuit sodalis, nomen dedit Orationis Apostolati, manipulo "Fidei Perseverantia" nuncupato praefuit. Omnium reverentia gaudens, ad Sanctam Communionem accipiendam graviter aegrotantes hortabatur et pro pauperibus gratis artem medicam exercebat, quos saepe et opibus adiuvabat. Anno MCMXXIV oppidi *Arbeca* praefectus electus, per duo triennia hoc munus explevit. Eius politica navitas non nitebatur in aliqua parte, sed tantummodo in populo iuvando. Omnium civium reverentia gaudens, praepositi explens opera enixus est ut paci atque vitae socialis ac religiosae incremento faveret. Anno MCMXXXI, proclamata Secunda Republica Hispanica, statim animadvertit crescentem spiritum antichristianum atque se ipsum ob apertam fidei catholicae confessionem in periculo versari intellexit. Quod eum non detinuit ut in urbe sua maneret, sine ulla fuga, immo vero pauperes aegrotosque curare perseveravit. Die XIII mensis Augusti anno MCMXXXVI matutino

tempore sine causa apprehensus est. Cum ad saevi ultimi supplicii locum duceretur, uxorem admonuit de persecutoribus ignoscendi necessitate, sicut ipsemet fecit. Cuidam ex carnificibus, qui in concitatione seipsum manuballistae ictu sauciavit, vulnus ipse medicavit filioque eius infirmo curationem praescripsit. Nihilominus furor contra christianos minime placatus est atque milites e Comitatu seditioso ascendere autocarrum eum una cum aliis quinque captivis iusserunt. In loco *El Pla* nuncupato, aliqua chilometra ab oppido *Arbeca* distanti, primum ferociter percussus est, deinde ictibus ex manuballista est perculsus. Denique moriens benzino conspersus est et adhuc vivens crematus, dum ex ore eius invocatio ascendebat: "In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum".

Cum martyrii fama perduraret et cresceret, Beatificationis Causa est incohata. Apud Curiam Tarraconensem Inquisitio dioecesana est celebrata, cuius iuridicam validitatem Congregatio de Causis Sanctorum per decretum agnovit die IX mensis Novembris anno MMVII. Positione parata et omnibus servatis iure statutis, die VIII mensis Aprilis anno MMXIV Consultores Historici, et pariter in Congressu peculiari die XXVIII mensis Aprilis anno MMXVI Consultores Theologi favens dederunt suffragium. Itemque iudicaverunt die VI mensis Novembris anno MMXVIII in Sessione Ordinaria Patres Cardinales et Episcopi. Demum Nos Ipsi eodem die VI mensis Novembris anno MMXVIII facultatem dedimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum de martyrio promulgaret. Statuimus etiam ut sollemnis ritus beatificationis Tarracone die XXIII mensis Martii anno MMXIX celebraretur.

Hodie igitur Tarracone de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Becciu, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Marianum Mullerat i Soldevila, patrem familias et martyrem, in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Iacobi Pujol Balcells, Archiepiscopi Metropolitae Tarraconensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Marianus Mullerat i Soldevila, pater familias et martyr, qui, sicut Bonus Samaritanus, in fratrum doloribus aegrimoniisque tuendis curam adhibuit, cum vitae exemplo caritatis et veniae primatum testaretur, Beatorum nomine in posterum appelletur, atque die decima tertia mensis

Augusti, qua in caelum ortus est, quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Martii, anno Domini bismillesimo undevicesimo, Pontificatus Nostri septimo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 508.714

III

Venerabili Dei Servo Alfredo Cremonesi caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «In quacumque die invocavero: ecce cognovi quoniam Deus meus es. In Deo, cuius laudabo sermonem, in Domino, cuius laudabo sermonem, in Deo speravi; non timebo: quid faciet mihi homo?» (*Ps* 56[55], 10-12).

Fervens Psalmistae precatio Venerabilis Servi Dei Alfredi Cremonesi spiritalitatem probe interpretatur, sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, qui amore in Deum animasque flagravit quique consumptus est alacre faciens apostolicum opus in Birmaniae solo, opem ferens ad Nationem pacandam, aemulationibus intestinisque bellis vexatam, ad fidem christianam testandam plebi illi tum paganae, suae vitae martyrii imprimens signum.

Die XVI mensis Maii anno MCMII Ripaltae Guerinae, in parvo ac rustico pago Langobardiae, dioecesis Cremensis, natus est, primus filius Henrici ac Rosae Scartabellati. Postridie in paroeciali templo sancti Godehardi Episcopi baptizatus est. In eodem templo die IV mensis Octobris anno MCMVIII Confirmationis Sacramentum recepit. Apud familiam in christiana doctrina probe est institutus, quae eius ad sacerdotium proclivitati favit. Etenim puer elementarius quartae scholae primum ingredi statuit episcopale collegium Cremense, ubi licentiam est assecutus, postea dioecesanum Seminarium in quo usque ad secundum annum theologici curriculi mansit et ubi optimis moribus laudabilique profectu praestitit. Cum vero missionariam vocationem adeptus esset, anno MCMXXII studia Mediolani est prosecutus, apud Langobardum Seminarium pro Missionibus Exteris, quod deinceps Pontificium Institutum pro Missionibus Exteris factum est. Studiorum curriculis et institutione absolutis, die XII mensis Octobris anno MCMXXIV sacerdotali Ordine est auctus. Primam Missam die XIX mensis Octobris in paroecia sancti Michaëlis Archangeli apud Sanctum Michaëlem Cremensem celebravit, quo eius primigenia familia se contulerat. Mense Octobri anno MCMXXV Servus Dei e Neapolitano portu prodiit Birmaniam petiturus, quo post navigationis mensem appulit. In urbem Toungoo se contulit, tum principem sedem Vi-

cariatus Apostolici, ibique usque ad mensem Augustum anni MCMXXVI mansit, cum translatus est ad oppidum Yedashé. Mense Augusto anno MCMXXIX ad missionarium districtum Donoku est destinatus, ubi, nullo adiuvante missionario, evangelizandis gentibus Karen operam dedit, quibus Evangelii nuntius nondum pervenerat. Locus ille erat latissimus et parum habitatus et complectebatur, praeter Donoku princeps, XXV pagos minores, multum inter se distantes, ad quos propter paucas vias vel nullas perincommode perveniebatur. Licet solitudinis essent condiciones et graves difficultates cotidie obeundae, morbi aere insano effecti et politici motus quae regionem vexabant, felix erat Servus Dei et magna tranquillitate studioque munus sibi commissum gerebat. Sedula eius missionaria navitas multos spiritales fructus est consecuta, ut Sacrum Cor apud familias in solio locatum ac nocturnam in domibus adorationem. Ipse quoque perquam assidue precabatur, quod eucharistica adoratio alebat, nocturno praesertim tempore, ad monachorum morem, quo semper est allectus. Praeter evangelizationem Servus Dei multum contulit in Karensem populum provehendum, incepta suscipiens quae praesertim iuvenibus operis opportunitates praestarent. Anno MCMXLVIII, altero bello mundano composito, Birmania libertatem est adepta atque regimen modo costitutum potius quam variarum stirpium autonomiam servaret, favit principi stirpi *Burmae*, quae appellabatur, una cum loquela et religione Buddhistica, imperium detrectantibus minoribus partibus, ita ut funestum bellum intestinum concitatum sit, in quo catholici infensi admodum habiti sunt. Catholici missionarii operam dabant ut dissidia tollerentur ac pacifice omnes viverent, in se convertentes illorum iracundiam, qui bellum elegerant. Tempore illo, tumultibus cruentisque concertationibus signato, Venerabilis Servus Dei omnes vires concordiae pacique componendae impendit. Bene litteratus complura pro ephemeride, cuius titulus “Le Missioni Cattoliche”, scripsit, addens illius temporis eventus, crimina exponens atque affirmans tantummodo aequam pacem controversias esse soluturam et civilem concordiam allaturam. Proelia usque acriora effecerunt ut Venerabilis Servus Dei ad tempus suos fideles desereret et aufugeret Toungoo; sed ipse quam primum ad communitatem suae pastorali curae commissam redire cupiebat, licet pericula essent subeunda. Anno ineunte MCMLII id adeptus est. Anno post, die VII mensis Februarii anno MCMLIII, cum Donuku esset, Servus Dei quodam proelio est implicatus. Nonnulli regiminis milites in quendam pagum incucurrerunt, sub praetextu quosdam seditiosos requirendi qui in finitimum

agrum impetum fecerant, quique credebantur ibi delitescere. Servus Dei milites recepit suos tuens fideles, quos seditiosorum conscios putabant milites. Eius conciliationis voluntati obsistentes milites, missionariis et catholicis infensi, eum et propinquum catechistam vulnerarunt. Antequam vicum desererent, illuc redierunt ubi reliquerant Venerabilem Servum Dei, quem sauciatum invenerunt et orantem eumque oculi ictu, qui mos in occidendis animalibus adhibebatur, necaverunt. Relictis ceteris hominibus, omnes aedes everterunt quae cruce significabantur, scilicet ecclesiam, in qua signo Sacri Cordis innumeros ictus intulerunt, missionarii domum et proximam scholam, aliis domibus parcentes. Solummodo Servus Dei interiit, atque eius fideles cadaver sepellire potuerunt, post nocturnam vigiliam, in vici coemeterio. Statim omnium fuit opinio Servum Dei fidei odio interemptum esse; quaedam barbae partes, vestis sanguine maculata et aliae res ad eum pertinentes a loci incolis sunt captae ac tamquam martyris reliquiae servatae.

Martyrii Servi Dei fama increbuit non modo in missionis loco et Instituto ad quod pertinebat, verum etiam in nativa paroecia et Cremensi dioecesi, quae ipsius evangelizationis opus re iuverant. Anno MMIII statutum est beatificationis Causam incohare. "Nihil obstat" obtentum a Sancta Sede die XXIX mensis Martii anno MMIV, a die XVIII mensis Iunii anno MMIV ad diem IX mensis Iunii anno MMV Inquisitio dioecesana apud Curiam Cremensem est absoluta. Actuum iuridica validitas a Congregatione de Causis Sanctorum die IX mensis Februarii anno MMVII agnita est. Positione comparata, die VIII mensis Februarii anno MMXVIII Congressus peculiaris Consultorum theologorum habitus est, qui feliciter est suffragatus martyrio in odium fidei atque sic iudicarunt Patres Cardinales et Episcopi in Sessione ordinaria die V mensis Martii anno MMXIX. Nos Ipsi die XIX mensis Martii eiusdem anni facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum super martyrio Decretum ederet, statuentes ut die XIX subsequentis mensis Octobris Cremae beatificationis ritus celebraretur.

Hodie igitur ex mandato Nostro Angelus S.R.E. Cardinalis Becciu, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, Cremae Apostolicas Litteras legit quibus Nos in Beatorum catalogum rettulimus Venerabilem Servum Dei Alfredum Cremonesi:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Danielis Gianotti, Episcopi Cremensis, et Isaaci Danu, Episcopi Tunguensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis

de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Alfredus Cremonesi, presbyter Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, martyr, indefessus pacis apostolus et Evangelii usque ad sanguinis effusionem assiduus testis, Beati nomine in posterum appelletur, atque die septima mensis Februarii, qua in caelum ortus est, quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Decet prorsus insignem hunc caelitem magnificare, qui eximias dedit religiosae pietatis atque intrepidae fidei testificationes, cum suam vitam inpenderet in beneficium animorum et in salutarem Evangelii veritatem demonstrandam.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Octobris, anno MMXIX, Pontificatus Nostri septimo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 478.776

IV

Venerabili Servo Dei Salvatori Victori Aemilio Moscoso Cárdenas Beatorum honores tribuuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert» (*Io* 12, 24).

Haec Iesu verba usque ad supremum vitae donum testatus est Venerabilis Servus Dei Salvator Victor Aemilius Moscoso Cárdenas, qui cum Eucharistiae oblatione coniunxit sui Deo oblationem pro fide catholica necnon sanguinis effusionem.

Ipse Conchae in Aequatoria die XXI mensis Aprilis anno MDCCCXLVI natus est, nonus e tredecim filiis. In familia solidam humanam et christianam institutionem suscepit. Perceptis vocationis ad vitam religiosam signis, anno MDCCCLXIV sua in urbe Societatis Iesu novitiatum ingressus est. Primam professionem die XXVII mensis Aprilis anno MDCCCLXVI emisit Quiti, ac deinde missus est uti magister litterarum et philosophiae in collegia urbium Rivibambensis et Guayaquilensis, quae a Societate Iesu tenebantur. Iuvenis religiosus iam ostendit se paratum esse ad ministerium, fidelem Evangelio, amabilem, hilarem et pacificum. Institutione theologica expleta in patria sua, presbyter ordinatus est die I mensis Novembris anno MDCCCLXXVI ac deinde petivit pagum *Poyanne* in Francogallia ad studia complenda, et postea Minorissam in Hispania, ad tertiam probationem perficiendam, ubi ex fontibus Ignatianae spiritualitatis haurire potuit atque efformari in schola *Exercitiorum spiritualium* et traditionis suae Societatis.

Anno MDCCCLXXIX in Americam Latinam reversus, Limae in Peruvia coepit operam pastoralem exercere ac docere tum in domibus Iesuitarum tum in Collegio Immaculatae. Die VIII mensis Septembris anno MDCCCLXXIX vota perpetua nuncupavit. Deinde Quitum translatus est, ac post Rivibambam, ubi dirigenda ipsi commissa est vasta opera institutionis,

ad quam pertinebant scholae superiores et facultas philosophiae. Venerabilis Servus Dei multos per annos diligens fuit praeceptor et educator iuvenum. Eodem tempore, dirigens Apostolatum Orationis, fidelibus iter orandi ostendit, vim intercessionis et cotidianae diei oblationis. Item aestimatus est uti optimus moderator spiritus. Per plenam dedicationem suae missioni Venerabilis Servus Dei, pauper et oboediens, monstravit altam fidei experientiam et indesinentem servitii spiritum. In Eucharistica et Mariali pietate ille reperiebat constantem alimentationem pro sua spiritali vita austera et magnanima. In exercendo ministerio fuit valde mitis et humilis, ideoque fidelium, iuvenum ceterorumque religiosorum amabilem consensum consequebatur.

Anno MDCCCXCV in Aequatoria, post victoriam liberalis eversionis et anticlericalis regiminis, adversus Ecclesiam vera persecutio exarsit, quae calumniis utebatur, minis contra personas, posthabendo credentes, delendo effigies et loca sacra, expellendo religiosos e domibus religiosis, profanando Eucharisticas species. Nec parsum est parvae urbi Rivibambae in hoc aëre venenoso, et anno MDCCCXCVII ipsa disordines conspexit: Episcopus apprehensus est, una cum nonnullis presbyteris, et accusatus de conspiratione contra regimen. Etiam Iesuitae, qui noluerunt collegium claudere et urbem deserere, eandem sortem passi sunt et in carcerem missi. Venerabilis Servus Dei etiam vinctus laetus fuit, et sodales solabatur quos hostes expulsione minati sunt. Reclamante populo, fere cuncti religiosi liberati sunt, quattuor exclusis. Postquam exiit e carcere, Venerabilis Servus Dei conatus est placare populum insurgentem adversus apprehensionem Iesuitarum, idcirco uti rector communitatis adivit civiles magistratus quo liberationem postularet sodalium qui adhuc in carcere tenebantur, tamen de sperato nihil consecutus est. E contra, rerum adiuncta in peius versabantur, cum subversorum manipulus perveniret ad urbem possidendam, et in domo ipsa Iesuitarum vehemens certamen evenit. Ipsi religiosi extra pugnam manebant, sed Venerabilis Servus Dei et eius sodales re implicati sunt: post violationem sacelli collegii, quidam exercitus ductores invenerunt Venerabilem Servum Dei in eius cubiculo coram crucifixo orantem cum corona precatoria in manibus, et statim manuballistae ictibus occiderunt

eum. Etiam alii Iesuitae collegii verberati ac sauciati fuerunt. Hoc factum est die IV mensis Maii anno MDCCCXCVII.

Martyrii Venerabilis Servi Dei fama in ecclesiali communitate diffusa est ac perduravit. Prima inquisitio dioecesana apud Curiam ecclesialem Rivibambensem acta est annis MM-MMV, quam secuta est inquisitio supplex a die XXIX mensis Novembris anni MMVIII ad diem VIII mensis Aprilis anni MMIX peracta. Quorum quidem iuridicam validitatem Congregatio de Causis Sanctorum agnovit per decretum die X mensis Martii anno MMX datum. Parata Positione, primum consultores historici in Congressu adunati die XV mensis Decembris anno MMXV ac deinde consultores theologi peculiari in congressione die XXI mensis Iunii anno MMXVIII favorabile votum exhibuerunt. Patres Cardinales et Episcopi, adunati in sessione ordinaria die V mensis Februarii anno MMXIX fassi sunt Venerabilem Servum Dei interfectum esse propter eius fidelitatem erga Christum et Ecclesiam. Demum Nos Ipsi die XII mensis Februarii anno MMXIX facultatem tribuimus Congregationi de Causis Sanctorum ut decretum super martyrio promulgaret itemque decrevimus beatificationis ritum Rivibambae in Aequatoria die XVI mensis Novembris anno MMXIX peragendum.

Hodie igitur Rivibambae de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Ioannes Angelus S.R.E. Cardinalis Becciu, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Salvatorem Victorem Aemilium Moscoso Cárdenas, sodalem Societatis Iesu, sacerdotem et martyrem, in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Iulii Parrilla Díaz, Episcopi Rivibambensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Salvator Victor Aemilius Moscoso Cárdenas, presbyter professus Societatis Iesu, martyr, vir religiosus simplex et humilis, precationis apostolus iuvenumque praestans educator, Beati nomine in posterum appelletur, atque die quarta mensis Maii, qua in caelum ortus est, quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Novembris, anno MMXIX, Pontificatus Nostri septimo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 484.199

ALLUCUTIO

Ad coetus peritorum cum Conferentia Episcoporum Francogalliae cooperantium de argumento *Laudato si'*.*

Discorso del Santo Padre « a braccio »

Ringrazio tutti voi, de vôtre visite e ringrazio il Signor Presidente dell'Episcopato.

Vedo che ognuno di voi ha la traduzione di quello che io dirò. E parte della conversione ecologica è non perdere tempo. E per questo il testo ufficiale lo avete. Adesso io preferisco parlare spontaneamente. L'originale lo consegno.

Vorrei incominciare con un pezzo di storia. Nel 2007 c'è stata la Conferenza dell'Episcopato Latinoamericano in Brasile, ad Aparecida. Io ero nel gruppo dei redattori del documento finale, e arrivavano proposte sull'Amazzonia. Io dicevo: "Ma questi brasiliani, come stufano con questa Amazzonia! Cosa c'entra l'Amazzonia con l'evangelizzazione?". Questo ero io nel 2007. Poi, nel 2015 è uscita la *Laudato si'*. Io ho avuto un percorso di conversione, di comprensione del problema ecologico. Prima non capivo nulla!

Quando sono andato a Strasburgo, all'Unione Europea, il presidente Hollande ha inviato, per ricevermi, il Ministro dell'ambiente, Ségolène Royale. Abbiamo parlato in aeroporto... All'inizio poco, perché c'era già il programma, ma dopo, alla fine, prima di partire, abbiamo dovuto aspettare un po' di tempo e abbiamo parlato di più. E la Signora Ségolène Royale mi ha detto questo: "È vero che Lei sta scrivendo qualcosa sull'ecologia? – *c'était vrai!* – Per favore, la pubblichi prima dell'incontro di Parigi!".

Io ho chiamato l'equipe che la stava facendo – perché voi sappiate che questa non l'ho scritto io di mio pugno, è stata un'*équipe* di scienziati, un'*équipe* di teologi e tutti insieme abbiamo fatto questa riflessione – chiamai questa *équipe* e dissi: "Questo deve uscire prima dell'incontro di Parigi" – "Ma perché?" – "Per fare pressione". Da Aparecida a *Laudato si'* per me è stato un cammino interiore.

* Die 3 Septembris 2020.

Quando ho incominciato a pensare a questa Enciclica, chiamai gli scienziati – un bel gruppo – e ho detto loro: "Ditemi le cose che sono chiare e che sono provate e non ipotesi, le realtà". E loro hanno portato queste cose che voi oggi leggete lì. Poi, chiamai un gruppo di filosofi e teologi [e dissi loro]: "Io vorrei fare una riflessione su questo. Lavorate voi e dialogate con me". E loro hanno fatto il primo lavoro, poi sono intervenuto io. E, alla fine, la redazione finale l'ho fatta io. Questa è l'origine.

Ma voglio sottolineare questo: dal non capire nulla, ad Aparecida, nel 2007, all'Enciclica. Di questo mi piace dare testimonianza. Dobbiamo lavorare perché tutti abbiano questo cammino di conversione ecologica.

Poi è venuto il Sinodo sull'Amazzonia. Quando sono andato in Amazzonia, ho trovato tanta gente lì. Sono andato a Puerto Maldonado, nell'Amazzonia peruviana. Ho parlato con la gente, con tante culture indigene differenti. Poi ho pranzato con 14 capi loro, tutti con le piume, vestiti come da tradizione. Parlavano con un linguaggio di saggezza e di intelligenza molto alto! Non solo di intelligenza, ma di saggezza. E poi domandai: "E lei cosa fa?" – "Io sono professore all'università". Un indigeno che lì portava le piume, ma all'università andava in borghese. "E lei signora?" – "Io sono la responsabile del ministero dell'educazione di tutta questa regione". E così, uno dopo l'altro. E poi una ragazza: "Io sono studentessa di scienze politiche". E qui ho visto che era necessario eliminare l'immagine degli indigeni che noi vediamo soltanto con le frecce. Ho scoperto, fianco a fianco, la saggezza dei popoli indigeni, anche la saggezza del "buon vivere", come lo chiamano loro. Il "buon vivere" non è la dolce vita, no, nel dolce far niente, no. Il buon vivere è vivere in armonia con il creato. E questa saggezza del buon vivere noi l'abbiamo persa. I popoli originari ci portano questa porta aperta. E alcuni vecchi dei popoli originari dell'Ovest del Canada, si lamentano che i loro nipoti vanno in città e prendono le cose moderne e dimenticano le radici. E questo dimenticare le radici è un dramma non solo degli aborigeni, ma della cultura contemporanea.

E così, trovare questa saggezza che forse noi abbiamo perso con troppa intelligenza. Noi – è peccato – siamo "macrocefali": tante nostre università

ci insegnano idee, concetti... Siamo eredi del liberalismo, dell'illuminismo... E abbiamo perso l'armonia dei tre linguaggi. Il linguaggio della testa: pensare; il linguaggio del cuore: sentire; il linguaggio delle mani: fare. E portare questa armonia, che ognuno pensi quello che sente e fa; che ognuno senta quello che pensa e fa; che ognuno faccia quello che sente e pensa. Questa è l'armonia della saggezza. Non è un po' la disarmonia – ma questo non lo dico in senso peggiorativo – delle specializzazioni. Ci vogliono gli specialisti, ci vogliono, a patto che siano radicati nella saggezza umana. Gli specialisti, sradicati da questa saggezza, sono dei robot.

L'altro giorno una persona mi domandava, parlando dell'intelligenza artificiale – noi abbiamo nel Dicastero della Cultura un gruppo di studio di livello molto, molto alto sull''intelligenza artificiale –: "Ma l'intelligenza artificiale, potrà fare tutto?" – "I robot futuri potranno fare tutto, tutto quello che fa una persona. Ma tranne che cosa? – ho detto io – quale cosa non potranno fare?". E lui ha riflettuto un po' e mi ha detto: "Soltanto una cosa non potranno avere: la tenerezza". E la tenerezza è come la speranza. Come dice Péguy, sono delle virtù umili. Sono delle virtù che accarezzano, che non affermano... E credo – vorrei sottolinearlo – che, nella nostra conversione ecologica, dobbiamo lavorare su questa ecologia umana; lavorare sulla nostra tenerezza e capacità di accarezzare... Tu, con i tuoi figli... La capacità di accarezzare, che è una cosa del vivere bene in armonia.

Inoltre, c'è un'altra cosa che vorrei dire sull'ecologia umana. La conversione ecologica ci fa vedere l'armonia generale, la correlazione di tutto: tutto è correlato, tutto è in relazione. Nelle nostre società umane, abbiamo perso questo senso della correlazione umana. Sì, ci sono associazioni, ci sono gruppi – come il vostro – che si riuniscono per fare una cosa... Ma mi riferisco a quella relazione fondamentale che crea l'armonia umana. E tante volte abbiamo perso il senso delle radici, dell'appartenenza. Il senso dell'appartenenza. Quando un popolo perde il senso delle radici, perda la propria identità. – Ma no! Noi siamo moderni! Andiamo a pensare ai nostri nonni, ai nostri bisnonni... Cose vecchie! – Ma c'è un'altra realtà che è la storia; c'è l'appartenenza a una tradizione, a una umanità, a un modo di vivere... Per questo

è molto importante oggi curare questo, curare le radici della nostra appartenenza, perché i frutti siano buoni.

Per questo oggi più che mai è necessario il dialogo fra i nonni e i nipoti. Questo può sembrare un po' strano, ma se un giovane – voi siete tutti giovani qui – non ha il senso di un rapporto con i nonni, il senso delle radici, non avrà la capacità di portare avanti la propria storia, l'umanità, e dovrà finire a scendere a patti, a compromessi, con le circostanze. L'armonia umana non tollera i patti di compromesso. Sì, la politica umana – che è un'altra arte e necessaria – la politica umana si fa così, con dei compromessi perché può mandare avanti tutti. Ma l'armonia no. Se tu non hai radici l'albero non andrà avanti. C'è un poeta argentino, Francisco Luis Bernárdez – è morto già, è uno dei nostri grandi poeti – che dice: *"Todo lo que el árbol tiene de florido vive de lo que tiene sepultado"*. Se l'armonia umana dà dei frutti è perché ha delle radici.

E perché il dialogo con i nonni? Posso parlare con i genitori, questo è molto importante! Parlare con i genitori è molto importante. Ma i nonni hanno qualcosa di più, come il buon vino. Il buon vino più invecchia più è buono. Voi francesi conoscete queste cose, no? I nonni hanno quella saggezza. Mi ha sempre colpito quel passo del Libro di Gioele: "I nonni sogneranno. I vecchi sogneranno e i giovani profetizzeranno". I giovani sono dei profeti. I vecchi sono dei sognatori. Sembra il contrario, ma è così! A patto che i vecchi e i nonni si parlino. E questa è l'ecologia umana.

Mi spiace, ma dobbiamo finire, perché il Papa anche è schiavo dell'orologio! Ma ho voluto dire questa testimonianza della mia storia, queste cose, per andare avanti. E la parola-chiave è *armonia*. E la parola-chiave umana è *tenerezza*, capacità di accarezzare. La struttura umana è una delle tante strutture politiche che sono necessarie. La struttura umana è il dialogo tra i vecchi e i giovani.

Vi ringrazio di quello che state facendo. Mi è piaciuto mandare questo [discorso scritto] al vostro archivio – lo leggerete dopo – e dire, dal cuore, quello che io sento. Mi è sembrato più umano. Vi auguro il meglio. *Et priez pour moi. J'en ai besoin. Ce travail n'est pas facile. Et que le Seigneur benisse vous tous.*

Discorso del Santo Padre consegnato

Eccellenza,
Signore, Signori,

sono lieto di accogliervi e vi porgo un cordiale benvenuto a Roma. Ringrazio Monsignor de Moulins Beaufort per aver preso l'iniziativa di questo incontro, in seguito alle riflessioni che la Conferenza dei Vescovi di Francia ha svolto riguardo all'Enciclica *Laudato si'*, riflessioni a cui ha partecipato un certo numero di esperti impegnati per la *causa ecologica*.

Facciamo parte di un'unica famiglia umana, chiamati a vivere in una casa comune di cui constatiamo, insieme, l'inquietante degrado. La crisi sanitaria che attraversa attualmente l'umanità ci ricorda la nostra fragilità. Comprendiamo fino a che punto siamo legati gli uni agli altri, inseriti in un mondo di cui condividiamo il divenire, e che maltrattarlo non può che comportare gravi conseguenze, non solo ambientali, ma anche sociali e umane.

Rallegra il fatto che una presa di coscienza dell'urgenza della situazione si riscontri ormai un po' dovunque, che il tema dell'ecologia impregni sempre più i modi di pensare a tutti i livelli e cominci a influire sulle scelte politiche ed economiche, anche se molto resta da fare e se assistiamo ancora a troppe lentezze e persino a passi indietro. Da parte sua, la Chiesa Cattolica intende partecipare pienamente all'impegno per la tutela della casa comune. Essa non ha soluzioni già pronte da proporre e non ignora le difficoltà delle questioni tecniche, economiche e politiche in gioco, né tutti gli sforzi che questo impegno comporta. Ma vuole agire concretamente là dove ciò è possibile, e vuole soprattutto formare le coscienze al fine di favorire una profonda e duratura *conversione ecologica*, che sola può rispondere alle sfide importanti cui dobbiamo far fronte.

In merito a tale conversione ecologica, vorrei condividere con voi il modo in cui le convinzioni di fede offrono ai cristiani grandi motivazioni per la protezione della natura, come pure dei fratelli e delle sorelle più fragili, perché sono certo che la scienza e la fede, le quali propongono approcci diversi alla realtà, possono sviluppare un dialogo intenso e fecondo.[1]

[1] Cfr Enc. *Laudato si'*, 62.

La Bibbia ci insegna che il mondo non è nato dal caos o dal caso, ma da una decisione di Dio che lo ha chiamato e sempre lo chiama all'esistenza, per amore. L'universo è bello e buono, e contemplarlo ci permette di intravedere la bellezza e la bontà infinite del suo Autore. Ogni creatura, anche la più effimera, è oggetto della tenerezza del Padre, che le dona un posto nel mondo. Il cristiano non può che rispettare l'opera che il Padre gli ha affidato, come un giardino da coltivare, da proteggere, da far crescere secondo le sue potenzialità. E se l'uomo ha il diritto di fare uso della natura per i propri fini, non può in alcun modo ritenersi suo proprietario o despota, ma solamente l'amministratore che dovrà rendere conto della sua gestione. In questo giardino che Dio ci offre, gli esseri umani sono chiamati a vivere in armonia nella giustizia, nella pace e nella fraternità, ideale evangelico proposto da Gesù.[2] E quando si considera la natura unicamente come oggetto di profitto e di interessi – una visione che consolida l'arbitrio del più forte – allora l'armonia si rompe e si verificano gravi disuguaglianze, ingiustizie e sofferenze.

San Giovanni Paolo II affermava: «Non solo la terra è stata data da Dio all'uomo, che deve usarla rispettando l'intenzione originaria di bene, secondo la quale gli è stata donata; ma l'uomo è donato a se stesso da Dio e deve, perciò, rispettare la struttura naturale e morale, di cui è stato dotato».[3] Tutto dunque è connesso. Sono la stessa indifferenza, lo stesso egoismo, la stessa cupidigia, lo stesso orgoglio, la stessa pretesa di essere il padrone e il despota del mondo che portano gli esseri umani, da una parte, a distruggere le specie e saccheggiare le risorse naturali, dall'altra, a sfruttare la miseria, abusare del lavoro delle donne e dei bambini, rovesciare le leggi della cellula familiare, non rispettare più il diritto alla vita umana dal concepimento fino al termine naturale.

Pertanto, «se la crisi ecologica è un emergere o una manifestazione esterna della crisi etica, culturale e spirituale della modernità, non possiamo illuderci di risanare la nostra relazione con la natura e l'ambiente senza risanare tutte le relazioni umane fondamentali».[4] Quindi non ci sarà una nuova relazione con la natura senza un essere umano nuovo, ed è guarendo

[2] Cfr *LS*, 82.
[3] Enc. *Centesimus annus*, 38.
[4] *LS*, 119.

il cuore dell'uomo che si può sperare di guarire il mondo dai suoi disordini sia sociali sia ambientali.

Cari amici, vi rinnovo il mio incoraggiamento per i vostri sforzi in favore della tutela dell'ambiente. Mentre le condizioni del pianeta possono apparire catastrofiche e certe situazioni sembrano persino irreversibili, noi cristiani non perdiamo la speranza, perché abbiamo lo sguardo rivolto a Gesù Cristo. Egli è Dio, il Creatore in persona, venuto a visitare la sua creazione e ad abitare in mezzo a noi,[5] per guarirci, per farci ritrovare l'armonia che abbiamo perduto, armonia con i fratelli e armonia con la natura. « Non ci abbandona, non ci lascia soli, perché si è unito definitivamente con la nostra terra, e il suo amore ci conduce sempre a trovare nuove strade ».[6]

Chiedo a Dio di benedirvi. E vi domando, per favore, di pregare per me.

[5] Cfr *LS*, 96-100.
[6] *LS*, 245.

NUNTII

I

Ad sorores Instituti Franciscanarum Minimarum a Sacro Corde occasione initii Anni Iubilaris *Diei natalis* eorum Fundatricis.

Care sorelle,

l'8 agosto 2021 si compirà il centenario della nascita al cielo della Beata Maria Margherita Caiani, che nel 1902 diede vita all'Istituto delle Francescane Minime del Sacro Cuore. Mi rallegro che voi, sue figlie spirituali, vogliate prepararvi a questa ricorrenza con l'anno giubilare che inizia oggi, nella memoria liturgica della Beata.

Il mio augurio è che questo anno possa essere per tutta la Congregazione occasione di fare memoria della vita e degli insegnamenti della Fondatrice, come pure di questi quasi centoventi anni di cammino, guardando anche alle sfide del futuro. È una grazia avere il cuore grato e riconciliato con il proprio ieri e gli occhi pieni di speranza nel domani; guai, però, a rifugiarsi in un passato che non è più o in un domani che non è ancora, rifuggendo dall'oggi in cui siamo chiamati a vivere e operare. Questo anniversario vi chiama a incarnare nel nostro tempo le specificità del vostro carisma. Lo Spirito Santo, che lo ha suscitato all'inizio del secolo scorso, vi doni la forza per riscoprirne la freschezza e la capacità di continuare a profumare il mondo con il dono della vostra vita.

Voi siete le Francescane Minime del Sacro Cuore. Vorrei soffermarmi brevemente su questo nome.

Madre Caiani, chiamandovi *Minime* ha voluto mettere in rilievo come dev'essere lo stile della vostra vita: lo stile della piccolezza. Questo poi ha ricevuto conferma con l'innesto del vostro Istituto nell'albero della grande Famiglia francescana: vi siete poste alla scuola di San Francesco per seguire meglio il Signore, che per primo «si è fatto piccolo, ha scelto questa via. Quella di umiliare sé stesso e umiliarsi fino alla morte sulla croce» (*Omelia della Messa a Casa Santa Marta*, 23 giugno 2017).

È una strada da percorrere ogni giorno. È un sentiero stretto e faticoso, ma, se lo si segue fino in fondo, la vita diventa *feconda*. Come è stato

per la Vergine Maria, guardata dall'Altissimo proprio perché umile, piccola (cfr *Lc* 1, 47); e così è diventata la Madre di Dio.

Evidens est concursus temporis et consequentia inter Venerabilis Servi Dei invocationem et seminarii alumni sanationem, qui deinceps naturali socialique vita pollens, sanus vixit.

Da hac sanatione, mira aestimata, iuxta Curiam Ecclesiasticam Melitensem-Nicotriensem-Tropiensem a die 8 mensis Maii anno 2012 ad diem 5 mensis Aprilis anno 2013 Inquisitio Dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 7 mensis Martii anno 2014 est approbata.

Medicorum Consilium huius Dicasterii in sessione diei 21 mensis Febuarii anno 2019 declaravit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse.

Die 25 mensis Iunii anno 2019 Congressus actus est Peculiaris Theologorum Consultorum. Die autem 1 mensis Octobris anno 2019 Patres Cardinales et Episcopi se congregaverunt, me Angelo Cardinale Becciu praesidente.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servi Dei Francisci Mottola, Sacerdotis Dioecesani, Fundatoris Instituti Saecularis Oblatarum Sacri Cordis, videlicet de repentina, completa ac duratura sanatione cuiusdam adulescentis a "chronica ischuria incognitae originis"*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Octobris a.D. 2019.

ANGELUS CARD. BECCIU
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

LUGDUNENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ioannis Aloisii Querbes, Sacerdotis Fundatoris Congregationis Clericorum Paroecialium seu Catechistarum Sancti Viatoris (1793-1859)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Homines, quamvis nesciant, fere semper Providentiae instrumenta evadunt».

Istis in verbis Servi Dei Ioannis Aloisii Quebes tota vita eius compendiatur, cuius firmissima fides eidem concedebat ut in cotidianibus rebus semper Dei praesentia conspiceretur. Quamvis cotidianis rebus demersus esset et multis suis sollecitudinibus adstrictus, semper animum paratum ad colloquium cum Domino servabat.

Exemplar fuit clarissimae oblationis sui Deo, passionis erga hominem, necnon Christi ac Evangelii vera in sequela. Ipse die 21 mensis Augusti anno 1793 Lugduni natus est. Eadem die natali clam baptizatus est. Ob rerum novarum diras Francogallicas conversiones in quibus ipse crevit, anno 1805 primum ad eucharisticam accessit mensam et anno 1807 confirmationem accepit. Mox in eo exstitit desiderium sacerdotii, quam ob rem iam anno 1805 frequentavit Lugdunensem Clericorum Scholam apud paroeciam Sancti Nicetii et anno 1812 Sancti Irenaei Lugdunense Seminarium ingressus est. Die 17 mensis Decembris anno 1816 sacro ordine est auctus.

Eius primum munus pastorale fuit apud paroeciam sancti Nicetii Lugduni, cum se traderet in catechismum docendum, in praedicandum, in sacramenta administranda, in aegrotos visitandos, in confessiones audiendas et denique in spirituales directiones moderandas. Die 25 mensis Octobris anno 1822, in tempore restaurationis veteris regiminis, nominatus parochus parvi ruralis pagi v. d. *Vourles*, qui olim vix octingentos incolas attingebat, ibique Servus Dei per triginta et septem annos usque ad mortem mansit. Post annos spiritualis derelictionis, potuit Servus Dei veram restaurationem religiosam excitare, qua nova christiana pietas refloruit, hoc fieri potuit maxime per praedicationem, per sacramentorum aptam administrationem et per institutionem sodalitiorum. Christifideles visitabat et exemplari abnegatione ad caritatis opera incubuit, animum

singulariter intendit in eos qui, ob suppressionis leges, consecratam vitam sacerdotiumque relinquerant.

Cum renovare ac fovere studeret catechesim caritativamque operam, magis magisque dominus Querbes animadvertit necessitatem constituendi communitatem ad hoc munus adhibitam. Intellexit quanti momenti esset parochis operare una cum bene institutis personis docere aptis, quae auxilium praebere possent pastoralibus in necessitatibus. Incepit ergo exoptare locum ad instar seminarii in quo magistri paroecialium scholarum instituerentur. Recentioribus verbis diceretur is cogitavisse de pastoralibus multifariis operatoribus variarum disciplinarum peritis. Anno 1829 civilia Statuta Consociationis sub tutela Sancti Viatoris Lugdunensis, qui catechista et lector saeculo IV vixerat, conscripsit. Die 10 mensis Ianuarii anno 1830 Consociatio licentiam sese constituendi habuit a Francogallico Rege et die 3 mensis Novembris a Lugdunensi Apostolico Administratore Domino Ioanne Paulo Gastone de Pins est approbata. Incepit tempus ad Consociationis naturam ecclesialem investigandam, ut etiam secundum canonicas normas apte definiri posset. Die 27 mensis Septembris anno 1838 Statutum a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium approbatum est, approbationis litterae publicae in forma Brevis editae sunt die 31 mensis Maii anno 1839. Consociatio posthac vere riteque fuit Congregatio cum religiosorum votorum professione.

Ab anno 1939 Servi Dei res artissime cum munere in Instituto ab eo fundato consentiebant. Incepit ergo tempus incrementi tam intra quam extra novam Congregationem: pater Aloisius, quamvis Superior Generalis esset, munus parochi pagi *Vourles*, ope vicarii auxilii, servavit. Nova eius ratione in scholis ruralibus ac paroecialibus constituendis Francogalliae in finibus tam in patria quam transmarinis in regionibus prospere evasit. Anno 1847 tres religiosi viri ad Canadam profecti sunt, ut novum institutum fundarent, quod autem, ope munimenti ac comitatus Montis Regalis Episcopi Domini Bourget, floruit. Anno 1851 Congregatio Clericorum Sancti Viatoris potestatem habuit ut totam in Francogalliam se diffunderet.

Spiritualis patris Querbes delineatio exprimitur in intima fidei experientia, precatione et Eucharistiae alta devotione, quae explicabatur et affirmabatur etiam in adiunctis valde confligentibus eius temporis. Sana prudentia, caritate concitata, is valuit sui temporis signa intellegere et operam dare ut etiam in discriminibus Regni Dei semina insereret. Firma spe ac miti

fortitudine reddidit ubertosa illa cogitata ac proposita quae Domini gratia in eo excitaverat.

Servi Dei valetudo iam fragilior anno 1853 gravi diabetico morbo infirmata est. Suum tamen sacerdotale ministerium et Superioris Generalis exercere non desivit, sed anno 1859 vires admodum defecerunt. Diabeticus morbus est progressus cum magna corporis iactura. Die 29 mensis Augusti sacramenta extrema accepit et post atroces dolores, quos is Deo confisus sustinuit, nocte diei 1 mensis Septembris anno 1859 Domino animam reddidit. Die 5 eiusdem mensis Septembris exsequiae in pago *Vourles* magna cum populi participatione celebratae sunt.

In funeris homilia reverendus Vincentius Pater quaesivit an illud suffragium vere necessarium esset patri Querbes an potius paradisi portae illi panderentur propter eius vitam omnino ad mortificationem paratam et dolorem eius exitialis morbi. Multis in documentis post Servi Dei mortem conscriptis dicitur "patrem amittere" a multis sociis Congregationum, qui sic sincere suam benevolentiam ac gratum animum ostenderunt pro omnibus beneficiis, quae ab eo acceperant.

Diffusa ac solida sanctitatis fama, quae probatur etiam a plurimis gratiis intercessioni Servi Dei tributis, anno 2004 Archiepiscopo Lugdunensi petita est aperitio Causae. Apud Curiam ecclesiasticam Lugdunensem Inquisitio Dioecesana a die 23 mensis Februarii anno 2006 ad annum 2007 celebrata est, cui accesserunt Rogatoriales Processus apud Dioecesim Ruthensem ac Archidioecesim Matritensem, quorum omnium iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 17 mensis Octobris anno 2008 est approbata. Exarata *Positione*, consuetas secundum normas disceptatum est an Servus Dei heroum in gradum virtutes exercuisset. Fausto cum exitu, die 14 mensis Ianuarii anno 2014 Peculiaris Congressus Consultorum Historicorum habitus est et die 12 mensis Decembris anno 2017 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione diei 1 mensis Octobris anno 2019, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Becciu praefui, Servum Dei Ioannem Aloisium Querbes heroicum in gradum virtutes theologales, cardinales eisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die

declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Aloisii Querbes, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Clericorum Paroecialium seu Catechistarum Sancti Viatoris, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Octobris a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

BERGOMENSIS

Canonizationis Beati Aloisii Mariae Palazzolo, Sacerdotis Fundatoris Instituti Sororum Paupercularum v.d. «Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo» (1827-1866)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Aloisius Maria Palazzolo die 10 mensis Decembris anno 1827 Bergomi ex Octavio ac Teresia Antoine, paenultimus et unicus superstes duodecim filiorum, est natus. Decem post annos orbatus est patre. A matre religiosissima institutus est ad caritatem erga pauperes et egrotos colendam. Cum prima signa sacerdotalis vocationis perciperet, Bergomense Seminarium ingressus est et expleto institutionis curriculo sacro ordine presbyteratus die 23 mensis Iunii anno 1850 auctus est. Derelictorum puerorum institutioni operam dedit et scholas instituit vespertinas iuvenibus et adultis. Fructus praecipuus huius institutionis fuit numerus fere quadraginta iuvenum, qui ad sacerdotalem vitam se contulerunt. Anno 1855 proximae ecclesiae Sancti Bernardini rector est nominatus. Cum censeret etiam iuvenibus mulieribus opera dare oportere, primum Operam Sanctae Dorotheae inchoavit et anno 1869, una cum Venerabili Serva Dei Teresia Gabrieli, institutum Sororum Paupercularum fundavit. Institutum Fratrum Sacrae Familiae etiam condidit. Incipiente anno 1886 in lecto iacuit et dolorem exemplari fortitudine passus est. Bergomi die 15 mensis Iunii anno 1886 mortuus est. Summus Pontifex Sanctus Ioannes XXIII die 19 mensis Martii anno 1963 Beatorum in numerum eum retulit.

Canonizationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum miram cuiusdam sororis sanationem subiecit. Res autem Bergomi accidit.

Novembri mense anno 2015 soror asthenia cum nausea et vomitu afflictari coepit. Recepta est apud valetudinarium, ubi medici chirurgicam sectionem ad colum rescindendum adhibuerunt. Nocte inter diem 13 et diem 14 mensis Ianuarii anno 2016 eius condicio in peius amplius vertit. Medicus ergo therapiam intermisit, quia mortem instantem existimavit. Sorori Infirmorum Unctio impertita est. Illis gravibus in adiunctis multi

Beatum Aloisium Mariam Palazzolo invocaverunt ad aegrotae sanationem impetrandam. Obsecratio fuit concors, fiduciae plena et antecedens illam felicem valetudinis mutationem, quae nocte diei 15 mensis Ianuarii anno 2016 evenerat. Adeo repentina ac singularis fuit valetudinis restitutio ut sequenti die soror omnino mentis compos et rerum circum se particeps inveniretur, cum etiam omnibus vitalibus functionibus ad normam progredientibus.

Evidens est concursus temporis et consequentia inter Beati invocationem et sororis sanationem, quae deinceps naturali socialique vita pollens, sana vixit.

De hac sanatione, mira aestimata, iuxta Curiam ecclesiasticam Bergomensem a die 7 mensis Octobris ad diem 1 mensis Februarii anno 2018 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 20 mensis Aprilis anno 2018 est approbata.

Medicorum Consilium huius Dicasterii in sessione diei 28 mensis Februarii anno 2019 declaravit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse.

Die 4 mensis Iunii anno 2019 Congressus actus est Peculiaris Theologorum Consultorum. Die autem 29 mensis Octobris anno 2019 Patres Cardinales et Episcopi se congregaverunt, me Angelo Cardinale Becciu praesidente.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Aloisii Mariae Palazzolo, Sacerdotis Fundatoris Instituti Sororum Paupercularum v.d. "Suore delle Poverelle – Istituto Palazzolo", videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione cuiusdam sororis a "malattia diverticolare del colon, perforazione intestinale con ascessualizzazione, sepsi, insufficenza multiorgano, shock settico".*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

RATISBONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Michaëlis Wittmann, Episcopi titularis Miletopolitani et Auxiliaris Ratisbonensis (1760-1833)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Optavi et datus est mihi sensus, invocavi et venit in me spiritus sapientiae. Proposui pro luce habere illam, quoniam inexstinguibile est lumen illius» (*Sap* 7, 7.10).

Spiritus Sanctus Servo Dei Michaëli Wittmann prudentiam sapientiamque dedit, ita ut in sacerdotali ministerio, in futurorum sacrorum ministrorum institutione necnon in episcopali officio persolvendo omnibus benignum Domini vultum ostenderet et suarum virtutum luminose testificaretur. Sanctitas eius Christi dictum recinit, qui ad se servum bonum et fidelem (cfr *Mt* 25, 21) vocat.

Servus Dei die 22 mensis Ianuarii anno 1760 in Superiore Palatinato Bavariae, in vico v.d. *Finkenhammer* apud pagum v.d. *Pleystein*, natus est. In Tertium Ordinem Sancti Francisci puer adscriptus est. Studiorum cursum in instituto a Iesuitis, post a Benedictinis gesto inchoavit et precipua intellectus munera protulit. Postquam theologiae doctor apud Universitatem Heidelbergensem graduatus est, die 21 mensis Decembris anno 1782 Sacro Presbyterali Ordine auctus est. Primum ministerium sacerdotale in plurimis paroeciis perfecit. Trigesimum secundum aetatis annum agens, cum ex quodam morbo persanatus esset, est pollicitus se in perpetuum quinto decimo quoque temporis momento quae esset Dei voluntas parva oratione rogaturum et huic ipso voto semper forti animo fidelis mansit. Seminarii Ratisbonensis per concursum Rectoris Vicarius factus est, cuius anno 1802 Rector est nominatus. Sacrae Scripturae exegesim, moralem theologiam atque scientiam liturgicam effuse docuit. Praeter Germanicam, linguam Latinam, Graecam, Hebraicam, Italicam atque Gallicam noscebat et suum ardorem erga apostolatum alumnis transfundere valebat. Fidem catholicam a recentioris philosophiae erroribus eximia fortitudine defendit et Sacrorum Librorum Germanicam translationem edidit. Anno 1804 Cathedralis Ratisbonensis Parochus deputatus est, ubi etiam egenorum hospitio, aegrotorum

spirituali cura ac in pueros benevolentia eminuit. Nomen "caritatis angeli" necnon "parentibus orborum et indigentium patris" ei tributum est. Tractatus de iuventutis formatione scripsit. Cum postea Canonicus Cathedralis factus esset, iam erant qui de eo ipso uti sancto homine loquerentur.

Electus est Episcopus Auxiliaris Ratisbonensis et die 28 mensis Iunii anno 1829 consecratus. Eodem anno Visitatoris Generalis ac Capituli Praepositi officium recepit et anno 1830 novus Episcopus Ratisbonensis Vicarium Generalem propter prudentiam eius voluit eum. Modum vivendi parcum moderatumque habebat necnon humilitate honores recusabat. Zelum suum ex alta spiritualitate et paenitentia oriebatur. Libertatem Ecclesiae in difficili tempore dilexit ac sospitavit. Omnes, etiam qui catholicam fidem non colebant, reverebantur eum. Spem ab eucharistica pietate trahebat, quae in liturgicis maxime fulgebat. Beatae Mariae Teresiae a Iesu (in saeculo: Carolinae Gerhardinger), fundatricis Pauperarum Sororum Scholasticarum Dominae Nostrae, spiritualis moderator fuit, ita ut confundator habeatur. Quinquagesimo elapso anno a Sacerdotali Ordinatione sua peculiari insigni aureo a Rege decoratus est.

Anno 1832 Episcopus Ratisbonensis obiit et Rex Bavariae, iuxta Concordatum anni 1817, clare renuntiavit se Servum Dei successorem eius elegisse. Aliquibus litteris carentibus, in Consistorio autumni eodem anno Summus Pontifex praeconizare eum non potuit et statutum est proximum vernum expectare. Autem die 8 mensis Martii anno 1833 ob brevem infirmitatem Servus Dei diem suum in terra clausit. Fama sanctitatis quae circumfudit eum et adhuc circumdat fundamentum habet in heroico cotidianoque eius virtutum exercitio, quod etiam in rebus adversis ac doloribus eum sustinuit.

Hac ipsa sanctitatis fama iuxta Curiam ecclesiasticam Ratisbonensem Processus Ordinarius Informativus a die 16 mensis Decembris anno 1955 ad diem 20 mensis Iulii anno 1959 celebratus est necnon, normis servandis in Causis Beatificationis et Canonizationis mutatis, Inquisitio Dioecesana a die 8 mensis Martii ad diem 5 mensis Decembris anno 2001 habita est. Haec Congregatio de Causis Sanctorum die 8 mensis Novembris anno 2002 de utriusque iuridica validitate decretum prodidit. Positione confecta ac die 4 mensis Februarii anno 2003 Historicorum Consultorum iudicio subiecta, secundum consuetudinem an Servus Dei more heroico virtutes christianas ex-

coluisset disceptatum est. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 2 mensis Octobris anno 2018 votum suum protulit adfirmativum. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione diei 29 mensis Octobris anno 2019 congregati, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Becciu praefui, Servum Dei heroicum in modum virtutes theologales, cardinales iisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Michaëlis Wittmann, Episcopi titularis Miletopolitani et Auxiliaris Ratisbonensis, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

KATOVICENSIS

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servi Dei Ioannis Francisci Macha, Sacerdotis dioecesani († 3.12.1942)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Domine Deus meus, in te speravi; salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me» (*Ps* 7, 2).

Servus Dei Ioannes Franciscus Macha iisdem psalmistae sensibus affectus est cum in custodiam conderetur et morti occumberet ob fidem, caritatem et iustitiam suam. Tribulationis hora fortitudinem in Deo invenit ut Christum sequeretur et ei in cruenta vitae oblatione similis fieret.

Servus Dei in Polonia natus est, in urbis v.d. *Chorzów* vico v.d. *Chorzów Stary*, die 18 mensis Ianuarii anno 1914. Signis sacerdotalis vocationis adulescentiae aetate perceptis, seminarium ingressus et presbyter Katoviciae ordinatus est die 25 mensis Iunii anno 1939. Cum pastorali ministerio se potissimum delectari ostenderit, ad paroeciam Sancti Ioseph in urbe v.d. *Ruda Śląska* uti vicarius cooperator missus est. Eodem anno 1939 nazistarum copiae Poloniam invaserunt et Servus Dei ob eorum fidei christianae odium, Polonicae gentis perniciem, regiminis adversatorum persecutionem passus est. Polonicis familiis quae orbatae erant patribus, viris liberisve in carcerem inclusis vel easdem ob rationes plumbeae glandis emissione interfectis, auxilium materiale et spirituale solacium parare incepit. Catechismum clam docebat et omnibus Verbum Dei et sacramenta praebebat. Alti orationis sensus sacerdos erat et zelo plenus.

Autumni tempore anni 1941 in vincula ductus est apud Katoviciensem viae ferratae stationem et in detentionis instituto in oppido v.d. *Mysłowice* clausus. Atrociter et crebro derisus ac excruciatus est. Numquam verumtamen cooperationem regimini praestitit. Ceteros in custodiam traditos habitu suo confirmabat et precans petebat Deum ut eius percussoribus parceret. Die 17 mensis Iulii anno 1942 quod Polonicis familiis adsedisset et contra nazistarum regimen conspiravisset, crimine damnatus est capite. In Katoviciensem carcerem transtulerunt eum donec iudicatum perficeretur. Paucos post menses impendentis mortis nuntium Servus Dei

suscepit, postremae valedictionis epistulam parentibus suis scripsit et extrema recepit sacramenta. Itaque die 3 mensis Decembris anno 1942 Katoviciae occisus est guillottinianae machinae supplicio. Eius sepulturae locus ignotus est et sunt qui putant corpus eius in bustis apud castra carceralia v.d. *Auschwitz* ustum esse. In urbis v.d. *Chorzów* coemeterio fideles ei monumentum postea erexerunt ut precarentur et Servum Dei recordarentur.

Servus Dei conscius erat se apostolatu suo maxime periclitari, attamen industriose eum pariter perrexit. Ob eundem apostolatum quidem in vincula ductus necatusque est. Hoc persecutionis tempore sacerdos est habitus "incommodus". Eius capitis condemnationis ratio quae ad laesam rem publicam attinebat tantummodo fuit obtentus. Magnanimus in ministerio, exemplaris in vinculis, ad mortem sine ulla indignatione se comparavit, hoc sentiens in se "quod et in Christo Iesu" (*Phil* 2, 5). Eius uti fertur martyrii fama per Ecclesiam pervagata est et hodie quoque perdurat.

Hac ratione a die 24 mensis Novembris anno 2013 ad diem 4 mensis Septembris anno 2015 apud Curiam ecclesiasticam Katovicensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridicam validitatem haec Congregatio de Causis Sanctorum recognovit per decretum die 14 mensis Septembris anno 2016. Positione exarata, die 19 mensis Iunii anno 2018 definitivo modo Consultorum Historicorum Congressus est habitus. Exinde, consuetas secundum normas, an Servi Dei verum fuisset martyrium disceptatum est. Die 8 mensis Novembris anno 2018 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus celebratus est, qui responsum suum protulit adfirmativum. Patres Cardinales et Episcopi, in Ordinaria Sessione congregati die 5 mensis Novembris anno 2019, me ipso Angelo Cardinali Becciu praesidente, Servum Dei ob eius fidem in Christum et in Ecclesiam interfectum esse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota huius Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Ioannis Francisci Macha, Sacerdotis dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

BRIXIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iacobi Bulgaro, Laici Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium (1879-1967)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Certe, Deus meus, misericordias tuas cantabo et, ut vox mea audiatur faciam usque ad fines terrae. Suscipe, Bone Pastor Iesu, ovem perditam in sinum tuum et eam imple (...) osculis ardentis tuae caritatis ».

Servi Dei Iacobi Bulgaro vita religiosa, qui in spiritualibus scriptis de seipso uti de perdita ove loquebatur, amoris et gratiarum actionis actus in Dominum Virginemque Mariam fuit propter remissionem peccatorum suorum et sanctitatis atque virtutis iter quod in Boni Pastoris umeris gestum percurrit.

Servus Dei Corticellarum Plebe apud Dellum, intra dioecesis Brixiensis fines, die 29 mensis Ianuarii anno 1879 ortum duxit. Parentum pietate excitatus, iam a prima pueritia interius vinculum cum Iesu et Virgine Maria coluit. Et Missam servire inter pueros ministrantes incepit. Familia eius anno 1890 Brixiam commigravit, ubi Servus Dei, patre extincto, ut artem sutrinam disceret, scholam relinquere debuit. Ab anno 1899 ad annum 1913 fidei et morum abiectionis tempus vixit, quod postea per generalem peccatorum confessionem scriptam et continenter secum paenitentiae causa gestam ipse enarravit. Maerore intimo graviter confectus est.

Tum oratione delectari resumit et die 8 mensis Decembris anno 1913 spem aliquam in revertendo ad Deum pro se invenit. Cotidianum opus agebat in pia Dei conversatione, quae in dies usque increbuit. Anno 1917 sacerdotis brixiensis spirituali moderationi se commisit et primum ad Tertium Ordinem Sancti Francisci, deinde in Conventum Sancti Francisci ad vitam consecrandam ductus est. Pauperitatis, humilitatis, simplicitatis et magnae in egenos caritatis amore inflammatus, undequinquagesimo aetatis anno religionem intravit, Seraphici Assisiensis vestigia secutus. Novitiatum Brixiae perfecit, magistrum habens Beatum Dionysium Vincentium Ramos, qui post in Hispania in odium fidei est occisus. Vota perpetua die 13 mensis Octobris anno 1934 emisit.

Semper et omnino superioribus maxime oboedivit. Plurima officia perfecit, sed ante omnia hostiarii munere functus est, ita ut dies in parvo cubiculo prope ianuam ageret. Per fenestrellam Ecclesiae sacris functionibus intererat et, cum solus esset, super parvam sutoris sellam genuflexus precationi saepe intendebat. Umquam a cotidiana eucharisticae adorationis hora defecit. Benignitate ac mansuetudine omnes qui tintinnabulum movissent salutabat. Panis, sorbitionis et eleemosynarum indigentibus dispensationi omni die se tradebat, cui suae ipsius mensae aliquid adiungebat. Iisdem pauperibus et fratribus quoque religiosis reparabat vel conficiebat calceamenta. In egenis Domini Matrisve eius adventum agnoscebat, ut semper eis quacumque diei noctisque hora venientibus adiumentum afferret.

Extremis eius vitae annis acri morbo affectus est. Cum in Ecclesia Missae interesse non posset, dies orans ducebat, spiritualia legens vel Rosarium precans. Animum valde movente devotione Communionem accipiebat. Extraordinariam fortitudinem patientiamque in doloribus ostendit. Spe certus se a caelesti Matre in Paradiso expectari, mortem occubuit. Die 27 mensis Ianuarii anno 1967 pie in Domino obdormivit. Corpus eius anno 1994 Brixiae ad Sancti Francisci ecclesiam translatum est.

Sanctitatis fama, qua Servus Dei in vita et post mortem circumdatus est, Inquisitio dioecesana iuxta Curiam ecclesiasticam Brixiensem a die 17 mensis Novembris anno 1989 ad diem 22 mensis Martii anno 1991 est celebrata, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 27 mensis Novembris anno 1992 recognita est. Positione exarata, consuetas secundum normas an Servus Dei virtutes christianas heroum in gradum excoluisset disceptatum est. Fausto cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 26 mensis Iunii anno 2018 habitus est. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 19 mensis Novembris anno 2019 congregati, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Becciu praefui, Servum Dei heroico in modo virtutes theologales, cardinales iisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Francisco accurata relatione, Sanctitas Sua, vota huius Congregationis excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et*

Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Iacobi Bulgaro, Laici Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

IANUENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Ioannae Mariae Baptistae Solimani (in saeculo: Mariae Antoniae Felicis), Fundatricis Monialium Eremitarum et Sacerdotum Missionariorum Congregationis Sancti Ioannis Baptistae Praecursoris (1688-1758)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«In diebus autem illis venit Ioannes Baptista praedicans in deserto Iudaeae. (...) Hic est qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: “Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini”» (*Mt* 3, 1.3).

Serva Dei Ioanna Maria Baptista Solimani (in saeculo: Maria Antonia Felix) Sanctum Praecursorem est penitus admirata: in deserto paenitentem et simul adventum Christi nuntiantem, eum ipsum monialis vitae apostolatusque auctorem habuit. Consecrationis atque fundationis charismatibus illustrata, praeclaris spiritualibus donis exornata necnon virtutum consiliorumque evangelicorum perfectionem continenter quaerens, Christo Sponso obviam sicut prudens virgo ivit.

Serva Dei Genuae, intra fines Sancti Martini ad Albarium paroeciae, die 12 mensis Maii anno 1688 nata est. Nomine Mariae Antoniae Felicis est baptizata. Iam a iuventute ad precationem proclivem ac ad Sanctum Ioannem Baptistam, civitatis quidem Genuensis patronum, devotam esse se precipue ostendit. Sui ipsius oblationis ut peccata expiarentur et peccatores ad Deum reverterentur cupida, spiritualitatem suam tali modo notavit. Quinto decimo aetatis anno castitatis votum privatim professa est. Maximam anni partem apud patruum, sacerdotem et ecclesiae Sanctae Mariae v.d. *della Castagna* in Quarto Genuensi rectorem, exigebat. Catechismum docebat, pauperibus aegrotisque ministrabat in quibus Dominum agnoscebat, puellas ut ad fidei vitam instrueret et acu pingere canereque doceret congregabat. Anno 1730 Moniales Eremitas Sancti Ioannis Baptistae fundavit quae, Moneliae habitantes in una a quodam benefactore suppeditata domo, strictam clausuram vivebant, disciplinam silentii servabant et solis donationibus sustinebantur. Aliquot post annos Congregatio Genuam migravit. Serva Dei Summum Pontificem Benedictum XIV ut Regulam adprobaret petivit et ter in duobus annis Romae cum eo ipso coram collocuta est. Nomine Ioannae Mariae Baptistae sumpto, die 5 mensis Augusti

anno 1747 solemnem professionem emisit. Infidelium atque hereticorum conversionis desiderio inflammata, Congregationem Sacerdotum Saecularium Missionariorum Sancti Ioannis Baptistae Praecursoris quoque una cum sacerdote Dominico Francisco Olivieri fundavit.

Congregationem ducens, cuius Abbatissa electa est, matrem et magistram sapientiae prudentiaeque se esse ostendit. Magna humilitate perfecit omnia et paenitentiae reparationisque operibus semper fidelis fuit. Coram Deo oratione continenter vixit et Passionis Domini meditatione spiritualitatem suam colebat. Peculiarem devotionem erga Eucharistiam necnon filialem devotionem in Virginem Mariam habebat. Extremorum vitae mensium dolores accepit ut purificaretur et ad Domini pararetur occursum. Animam die 8 mensis Aprilis anno 1758 Deo reddidit. Communitate anno 1924 ad Genuensem vicum v.d. *Sturla* translata, fundatricis exuviae in novo monasterio illic custodiuntur.

Sanctitatis fama, paucis annis ab obitu eius decursis, Processus Informativus ac duo Processus Apostolici saeculo XVIII celebrati sunt, cuius validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum recognita est. Duo circiter post saecula, apud Curiam ecclesiasticam Ianuensem a die 25 mensis Iunii anno 2002 ad diem 8 mensis Aprilis anno 2008 Inquisitio dioecesana super continuatione famae sanctitatis et signorum Servae Dei habita est, quam haec Congregatio de Causis Sanctorum de iure validam esse decrevit die 19 mensis Ianuarii anno 2012. Positione confecta atque Consultorum Historicorum iudicio subiecta, consuetas secundum normas disceptatum est an Serva Dei christianas virtutes heroico in modo exercuisset. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 19 mensis Februarii anno 2019 responsum affirmativum protulit. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione diei 5 mensis Novembris anno 2019 congregati, me ipso Angelo Cardinali Becciu praesidente, Servam Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas excoluisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota huius Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servae*

Dei Ioannae Mariae Baptistae Solimani (in saeculo: Mariae Antoniae Felicis), Fundatricis Monialium Eremitarum et Sacerdotum Missionariorum Congregationis Sancti Ioannis Baptistae Praecursoris, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Novembris a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 11 Augusti 2020. — Cathedrali Ecclesiae Nannetensi Exc.mum P.D. Laurentium Percerou, hactenus Episcopum Molinensem.

die 12 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Humaitanensi R.D. Antonium Fontinele de Melo, e clero archidioecesis Portus Veteris, ibique hactenus Oeconomum et Parochum.

die 31 Augusti. — Titulari Episcopali Ecclesiae Subaugustanae R.D. Darium Gervasi, e clero romano, hactenus in Urbe Curionem paroeciae Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, quem deputavit Urbis Auxiliarem.

die 4 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Atrebatensi Exc.mum P.D. Olivarium Leborgne, hactenus Episcopum Ambianensem.

ACTA TRIBUNALIUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

Quo « secundum specialissimum mandatum » Papae Francisci Iubilaeum Lauretanum prorogatur.

Paenitentiaria Apostolica, attentis precibus die xxi Iunii mmxx porrectis ab Exc.mo ac Rev.mo P. D.no Fabio Dal Cin, Almae Domus Lauretanae Archiepiscopo Praelato, Delegato Pontificio pro Sanctuario Lauretano et Basilica Sancti Antonii Patavii, omnia et singula spiritalia beneficia, occasione centesimi anniversarii, ex quo a Benedicto PP. XV constituta est Beatissima Maria Virgo Lauretana omnium aëreonautarum praecipua apud Deum Patrona, vi Decreti (Prot. N. 271/19/1) die 1 Novembris mmxix iam rite concessa totum per Iubilarem Annum a die viii Decembris mmxix usque ad diem x Decembris mmxx indictum, at propter epidemiam morbi « covid-19 » cum populo diu pro dolor non celebratum, nunc pro fidelium utilitate, de specialissimo mandato Ss.mi Domini Nostri Francisci PP., per praesentes prorogat usque ad diem x Decembris mmxxi.

Profecto ex prorogata largitate Ecclesiae christifideles haurient pia proposita et spiritale robur in vita ad legem Evangelicam traducenda, in hierarchica communione et filiali devotione erga Summum Pontificem, Catholicae Ecclesiae visibile fundamentum, et proprium sacrorum Antistitem.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XVI *Iulii, anno* MMXX*, in commemoratione B. Mariae Virginis de Monte Carmelo.*

MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiarius Maior

CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens

L. ✠ S.
Prot. N. 580/20/1

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 27 agosto, S.E. la Signora Chiara Porro, Ambasciatore di Australia;

Venerdì, 28 agosto, S.E. la Signora Juvita Rodrigues Barreto De Ataíde Gonçalves, Ambasciatore di Timor Orientale;

Sabato, 29 agosto, S.E. il Signor Seiji Okada, Ambasciatore del Giappone;

Martedì, 4 settembre, S.E. il Signor Patrick Renault, Ambasciatore del Belgio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

22 agosto 2020 S.E.R. Mons. Luciano Russo, Arcivescovo tit. di Monteverde, finora Nunzio Apostolico in Algeria e in Tunisia, *Nunzio Apostolico in Panama.*

29 » » S.E.R. Mons. Giambattista Diquattro, Arcivescovo tit. di Giromonte, finora Nunzio Apostolico in India e in Nepal, *Nunzio Apostolico in Brasile.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

4 agosto 2020 La Dott.ssa Maria Rosaria Alfi, *Direttore della Sezione per il Controllo e la Vigilanza della Segreteria per l'Economia «ad quinquennium».*

11 » » La Rev.da Sr. Helen Alford, O.P., Vice Rettore della Pontificia Università San Tommaso d'Aquino in Roma, *Membro Ordinario della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali.*

28 » » I Rev.di Mons.ri: Pier Enrico Stefanetti, Diego Giovanni Ravelli, Marco Agostini, Massimiliano Matteo Boiardi, F.S.C.B., e Jan Dubina, *Cerimonieri Pontifici «in aliud quinquennium».*

NECROLOGIO

8	agosto	2020	Mons. Pedro Casaldáliga Plá, C.M.F., Vescovo em. di São Félix (*Brasile*).
10	»	»	Mons. Luis Abilio Sebastiani Aguirre, S.M., Arcivescovo em. di Ayacucho (Perú).
12	»	»	Mons. François-Mathurin Gourvès, Vescovo em. di Vannes (*Francia*).
21	»	»	Mons. Antonio Bayter Abud, M.X.Y., Vescovo tit. di Sucarda, già Vicario Apostolico di Inírida (*Colombia*).
25	»	»	Mons. Laurent Akran Mandjo, Vescovo em. di Yopougon (*Costa d'Avorio*).
»	»	»	Mons. Hippolyte Simon, Arcivescovo em. di Clermont (*Francia*).
26	»	»	Mons. Oscar V. Cruz, Arcivescovo em. di Lingayen-Dagupan (*Filippine*).
»	»	»	Mons. Víctor Hugo Martínez Contreras, Arcivescovo em. di Los Altos, Quetzaltenango-Totonicapán (*Guatemala*).
2	settembre	»	Sua Em.za il Sig. Card. Adrianus Johannes Simonis, del Titolo di San Clemente, Arcivescovo em. di Utrecht (*Paesi Bassi*).
»	»	»	Mons. Agustín Roberto Radrizzani, S.D.B., Arcivescovo em. di Mercedes-Luján (*Argentina*).
3	»	»	Mons. Michael J. Cleary, C.S.Sp., Vescovo em. di Banjul (*Gambia*).